


**GABRIELI IOR-||DANO CAN-||DIDATO.|| Gratulantur Amici.|| IIX Kalendas Aprileis
|| Anno Cl#) I#@) VC.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1595

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741688639>

Druck Freier  Zugang





100
2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more #1~~

69-2065 1-30


<SON>



Prox long he de la ed va

- 4 -





24.
00

GABRIELIOR-
DANO CAN-
DIDATO.

Gratulantur Amici.


IIIX Kalendas Aprileis
Anno c^lo I^o VC.



ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri



ΜΕΛΟΣ ΣΥΓΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ,
 ΑΜΟΙΒΑΙΟΝ.
 M. IOHANNIS POSSELI,
 Græcæ linguæ Professoris.



Ἰπέ μοι ἐρομύῳ Φίλε, τ' ἀτρεκέως κατὰ λείπον.
 Φοίβου κῆι Μουσῶν ἐνθάδε τίπτε χορὸς;
 εὐμυθέως κατὰ λείξω, ἴθι σὺ με τέτ' ἐρεΐνεις:
 λατρεῦταῖς τέχνων ἄξια δῶρα νέμει.

Δακτύλιῳ χρυσοῦς λέγε, περφυρέη τε πᾶρη
 αὐτε τί σημαίνει, εὖ κῆι ἑπισσεμνίας:
 ἦ μὲν, νοῦν σεμνὸν δηλοῖ, πρῶτ' δὲ ἐκείνῳ.

ἀλλ' ἀπαλὸς λαμπρὴν λαμπίδα πάς Φορέων,
 δαίγμα ἔχει, λύχνῳ μουσῶν θερμάπνιαις ἐπιδαται
 σφραγίῳ, ζῶειν πάντοτε εὐσεβείας.

ὄρχαμῳ ἐν καθέδρῳ τί ἐκάτω βίβλι' ἀνοίγων;
 λατρεῦταῖς τέχνων πολλὰ διδάξ' ἐθέλει.

Αὖ, πῆ Φίλημα Φίλον, τὲ κῆι ἀσπασμὸς πανάρεϊς;
 δαίκνυσιν ἀμυροσίλω πᾶσιν ὁμοφροσύνῃ.

ἄνδρας ὁμοψύχους Φιλέει θεός, ἠδὲ κυβερνή,
 κλάζει δὲ ἀνθρώπων θυμὸν ὑπερφίαλον.

καὶ νῦν πᾶσι σε τῆς σπουδῆς καλὰ δῶρα λαβέει
 συχαίρω, χάρις μάρτυρα θησίμει,
 ὡς αἰτῆς, σὺ ἑταῖρε, μέλισμα πίνουσαι, ἐκείνο
 λάμβαναι κῆρ' ἀραθῶ, οὐλε κῆι εὖ Δάξαι.

Nes



Collegæ suo suavissimo
GABRIELI JORDANO
Candidato.

NEc parua præco scruta rictu Stentoris
Majora magno fecerit;
Nec albicans vappa valorem nummulo
Hedera corolla adauxerit:
Quæ digna cautis mercium institoribus
Gaudet reponi propalam,
Laudes nec ambit immodestas, sed sui
Contenta solo est indice.
Quem si peritum naçta sit, proba audiat,
Curat parum, siue improba
Clamore vulgi, qui solet licentiùs
Librare quæuis optima
Sic quisquis ad virtutis arcem gnarviter
Via tetendit ardua,
Securus omnis, quo popellus murmure
Laudanda carpens pessimè
Ubiq; perstrepit, suo benè se pede
Mensus, peritum dispicit,
Qui curua rectis, qui bonis mala nouerit
Secernere aqua regula;

A 2

Huic

Huic acquiescit, limidiq; oculus
Spernens, id unum, ut optime
Censoris aequi voce publice audiat,
Emittitur quam sedulo.
Quid plura dicam? cum tibi libeat minus
FORDANE mi suavisime
Audire plura; nec mihi sit integrum
Laudare in os vel optimum.
Faxit FEHOVA, qui synergos nos sibi
Effecit, ut tua laurea
Honestasit tibi tuisq; & utilis
Scholae Deiq; gloria

M. PAVLVS TARNOVIUS
Scholae Rostochiensis Rector.

Om̄i ard̄. Jrod.

EX utriusq; nostrum amante heic audio,
Misisse te mi litteras: quid traditum?
Ne jota mi promotione de tua.
De non cupitis caecum agam silentium?
Petita amico amicus, absit, denegem?
Si sic, quod ardens concupisti, GABRIEL,
Habeto, quae mitto, licet paucillula;
Quaesita longè doctiores proferant,
Obscuriora obscuriores. Plurima

RO.

ROSIANA plurimas tibi rosas ferunt,
Cum Delio novem sorores principes.
ERASMVS aſt STOCMAmmus adprimè
Humanus adprimè, vir adprimè bonus, (integer
Spirantibus ſuavem odorem tempora—
Tegit corollulis: velint quas Numina—
Vegetiſſimas: imber quibus nullus, quibus
Nec ullus æſtus obſit, aut ventus malus.
His lætus uſq; uſq; ſis odoribus;
Tuis ſuperſtes fama cantionibus.

T.

Georgius Mancinus.)

S. B. R.

GABRIELI JORDANO Collegæ ac
amico familiarifſimo.

QVem virtus decorat varijs & honoribus ornat,
Hic Muſis vita tempora prima dedit.
Muſarum teneris, tu caſtra ſecutus ab annis,
JORDANE, Aonij firma columna chori.
Namq; ſuo mittunt cultori præmia Muſæ;
Nempe Magiſterij dona, decusq; ferunt.
Gratulor ergò tibi meritò collega fidelis,
Quodq; ferunt ſtudijs præmia digna tuis.
Præmia digna viris, præbebit nunc tibi, doctis,
Doctus Stocmannus, vir pius, ore gravis.

A 3

Cratus

*Gratus honos, sit gratus amor, sint omnia grata,
Grata futura Deo, sint patriæq; tibi.*

IOHANNES THEODORI
Cantor ad diuum Petrum.


Certauere graui Charites certamine de te
Iordane, Aonij candida fama chori:
Certauere graui Charites certamine, quanam
Inferret capiti laureaserta tu o.
Pasithea exsiliens primum, redimicula secum
Duxit, queis nitidas vinciat alma comas,
Euphrosine hanc cernens, gemmis auroq; nitentem
Iordano cyclum, (premia lauta) tulit,
Indignata statim textamq; Thalia tiaram
Attulit, hac redimi & dulcis alumne comas
Fatur. Subridens autem certaminis huius
Cynthius hos gnarus protulit ore sonos:
Quanam vos agitant rixæ? discordia quanam?
Non vos inter vos iurgia ferre decet.
Cedite mi fertum, cyclum, textamq; tiaram,
Me decet huic capiti texereserta cato.
O te felicem, solidiq; ex asse beatum,
Cum tantum & Charites Cynthius ipse fauet.
Maeste nouo hoc titulo, diuinmq; hoc munere maeste
Iordane, Aonij o candida fama chori.
Paulus Rutingius Rostoch.


*S*ifelix quisquam est, virtus in quo anteit annos.
Certe equidem es Gabriel Musarum fortis alumne
Digne hederâ, & viridis Lauri de fronde corolla.
Nec temere Aonijs aditis admisse reclusis:
Virtutis callem primævo à flore iuventa
Insequeris, sperans præclara præmia laudis
Pieridum, & Lauri nitidam de fronde coronam,
Damnosi expertem senij, tua tempora circum
Quæ ardeat, æternoq; nitens scintillet honore:
Donec ad æquoreis ignotos fluctibus ignes,
Aurea stelliferæ fulgebunt signa corona.
Macte bonis animi, sic sydera celsa subire est,
Hinc ubertim omnis laus vera & gloria manat:
Hinc post in numerum gravium miscere virorum,
In quos sunt animi cunctorum & lumina fixa
Æternus virtutis honos et digna laborum
Præmia Musarum meritò comitantur alumnos
Gratulor ergo tibi ex animo, vota in super addēs
Te doctum ut comitatur honos, comitetur opum vis.
Hoc precor hoc opto Deus hac mea vota secundet.


Ioachimus Radenicius
Rostochiensis.

Quis

Quis novus, Aonides, plausus? quis cantus o-
Tàm subitò auditur, percipiturq; lyra. (uantis
Miror, quid Charitum voces? quid júbila Phœbi
Apportent? taceo: carmina grata ferunt.
Contemplor, sanctum venerando poplite templum
Turba novena subit, concomitante choro.
Spectandi studio ruit huc studiosa juvenus,
Ac vario sparsim mirmure vulgus adest.
Lata, reor, letis commonstrant; vultibus omnes
Júbila, læticiæ signaq; læta gerunt.
Ambigo? an Aonides vestro quoq; causa favori
Læticiamq; Scholæ quæ ferat, apta subest:
Vix ea fatus eram? redimitus Apollo coronam
Myrthis contextam donat habere suis.
Jure igitur tales Gabriel tibi grator honores,
Iura Magisterij quando subire paras.
Hos tibi non præceps vulgi inconstantia desert,
Verum virtutis gloria magna sacrat.
Sic titulo splendes, laudisq; lepore remides,
Quum te sub gremio Pieris alma fouet.
Macte novis Gabriel titulis, macte optime tantis
Thespiadum donis, fonteq; labra riga.
At quid? jam portum subiit tua cymba quietum
Musa sile, satis est plectra movisse, sile.
Christianus Guseber R.







9
2065 1-30
= =

Suffragiorum non sine calculo,
Dius & ipsis propitius. age
Mittamus & te prosequamur
Ominibus placidis euntem.
Famne expeditus nauita Cimbricam
Balthen & vda tendit ad Hafnia
Litus? secundis auspicio
Vtere, dum vocat aura, velis.
Pro te paternâ qui sedet in domo
Quicumq; fratrum, tergemina alleuant
Pro te parentes vota. quantâ
Excipiere redux coronâ
Congratulantum? detineat caue,
Te Cimber illex, & licet imperans
Regnis duobus, CHRISTIANV
Nec soror unica CHRISTIA

